



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiарvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De æqualitate trium personarum. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

nostrum, accipitur donū pro donato vel dāto. Cū vero donum accipitur eo modo quo spiritus S. do num patris & filii dicitur, non hominis: ita & fi lius sub hac appellatione nō potest dici noster, vt dicatur filius noster, sicut nec dicitur spiritus sāctus noster; & tamen de filio dicitur, panis noster: & de spiritu, spiritus noster. Ille noster patris, quia nos reficit nobis datus: iste noster spiritus, quia nobis inspiratur à patre & filio, & in nobis spirat sicut volt. Vnde Aug in v. libr. de Trin. ait: Quod de patre natum est, ad patrem solum refertur cū dicitur fili⁹. Et ideo filius patris est, & non noster. Dicimus tamen & panē nostrum da nobis, sicut dicimus spiritum nostrum.

*Ad princ. pium ca 14
Mat. 6. b. &
Luc. 11. a.
Ibid. paulo
inferius.*

Vtrum spiritus sanctus ad seipsum referatur. M

POSTHęc queritur, vtrū spiritus S. ad se ipsum referatur: hoc enim videtur ex predictis posse p. bari. Si n. quod datur refertur ad eum qui dat, & ad eum cui datur: & spiritus sanct⁹ datur à seipso, vt predictum est, ergo refertur ad seipsum. Huius questionis determinationē in posterum differimus, donec tractemus de his quę relative dicuntur de Deo ex tempore: in quibus datum & donatum continentur.

HIC DE QUALITATE TRIVM PERSONARVM.

DISTINCT. XIX. A

*N*VNC postquam coeternitatem trium personarum p. modulo facultatis nostrę inclinauimus, iam de earundem & qualitate aliquid eloqui superest. Fides n. catholica sicut coeternas, ita & coæquales tres personas afferit. Aequalis est enim in omnibus patri filius, & patri de filio spiritus sanctus. Quia (vt Aug. in lib. de fide ad Petru, breuiter aperiēs quomodo intelligatur equalitas docet) nullus horum aliū aut precedit eternitate, aut

*Aug. ad me
dium cap. 1.
tom. 3.*

aut excedit magnitudine, aut superat potestate: quia nec filio, nec spiritu S. (quantum ad naturæ diuinæ unitatem pertinet) aut anterior, aut maior est parer, nec filius spiritu sancto. Aeternum quippe & sine initio est, quod filius de natura patris extitit: & aeternum ac sine initio est, quod spiritus S. de natura patris filisque procedit. Ob hoc ergo tres vnum recte credimus. & dicimus Deum, quia una proorsus aeternitas, una immensitas, una naturaliter est trium personarum diuinitas. Ecce breuiter assignauit Augustinus in quo trium personarum consistat æqualitas, scilicet quia alia aliam non excellit, aut aeternitate, aut magnitudine, aut potestate.

Quod aeternitas, & magnitudo, & potestas in Deo

sunt vnum, licet ponantur quasi diuersa. B

CVMQVE enumerentur ista quasi diuersa, in Deo tamen vnum & idem sunt, scilicet essentia diuina simplex & incommutabilis. Vnde Aug. in li. 7. de Trin. Non alio magnus, alio Deus est: sed eo magnus, quo Deus: quia nō est illi aliud magnum esse, aliud Deum esse. Eadem quippe eius magnitudo est, que virtus: & eadem essentia, que magnitudo. Pater ergo & filius simul una essentia, & una magnitudo. Ita etiam & potentia Dei, essentia diuina est. Vnde August. in 7. lib. confess. Vo- luntas & potentia Dei Deus est. Aeternitas quoq; Dei essentia diuina est. Quod Aug. ostendit super illum locum Psal. In generatione & generationem anni tui. Est generatio generationum que non transit, collecta de omnibus generationibus, id est, sanctis. In illa erunt anni Dei qui non transiunt, id est, aeternitas Dei. Nō n. sunt aliud anni Dei aliud ipse: sed anni Dei, aeternitas Dei est. Aeternitas vero ipsa Dei substantia est, nihil habens mutabile. Inconcessè ergo teneamus quod vnum & idem est, scilicet essentia diuina, Dei aeternitas, potentia, magnitudo, & tamē consueuit scriptura hec & his

Aug. ca. 1. ad principium:

vers. Psal.

10. tom. 8.
hunc: Nere

Aug. in fine cap. 4. 10. 1.
nores me.

Aug. ad 25.
& his

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN